



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VIII. Graf Siegfried von Osterburg tritt dem Herzog Otto von Braunschweig seinen Ministerialen Heinrich von Krachow ab, um das Jahr 1235.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

rum, videlicet filie nostre, vxoris Luthardi Nobilis de Meinersem et Comitis Friderici de Kercherch, nepotis nostri, et aliorum heredum, Domino nostro, Duci Ottoni de Brunswic, dedimus et in proprium assignauimus duo allodia nostra, scilicet in Dinstorp et in Lengege, cum omnibus pertinentiis eorum, et cum omni iuris integritate perpetuo possidenda. Vt autem talis donacio nostra a nobis et ab omnibus heredibus nostris rata semper et inuiolabilis perseueret, et nunquam in posterum irriteretur, presentem paginam sigillo nostro et Comitis Friderici de Kerberg et Domini Luthardi de Meinersem sigillis fecimus roborari. Actum est hoc apud Brunswic, anno dominice incarnationis MCCXXXV. II Idus Aprilis. Testes sunt: Comes Ludolfus de Halremunt, Thidericus de Anuorde, Bernardus de Dorstat, Johannes de Adenoy, Jordanis Dapifer, Willekinus Marscaleus, Fridericus de Medinge, Luthardus de Meinersem et Comes Fridericus de Kerberg, qui duo hec nobiscum promiserunt se firmiter seruatuos.

Orig. Guelfic. IV, 443.

VIII. Graf Siegfried von Osterburg tritt dem Herzog Otto von Braunschweig seinen Ministerialen Heinrich von Krachow ab, um das Jahr 1235.

Siffridus, Dei gratia Comes de Osterburch, vniuersis ac singulis, ad quos presens scriptum peruenerit salutem. Nouerit tam presentium etas quam futurorum posteritas, quod nos Henricum de Crachowe Domino Duci de Brunswic conferimus in ministerialem, vt sibi deinceps ministerialis ius exhibeat, et tali iure dicto Domino Duci pertineat, qualiter nobis pertinebat. Ne autem hoc factum nostrum inuida possit obscurare posteritas, presentem paginam nostri sigilli appenditione muniuimus ad cautelam.

Orig. Guelf. IV, 445.

IX. Graf Siegfried von Osterburg notificirt seinen Ministerialen in der Graffschaft Stade, in der Gegend zwischen Salzwedel, Brome und Gardelegen u., ihre Abtretung an den Herzog Otto von Braunschweig, im Jahre 1236.

Siffridus, Dei gracia Comes de Osterborch, uniuersis ministerialibus suis, qui a Tfellis usque Bremam in utraque parte Alre et Wifere sunt manentes, tam feminis, quam masculis, et omnibus ministerialibus suis, qui in Comitia Stadense et inter Saltwedele, Brome et Gardelege demorantur, salutem et omne bonum. Cum de consensu et voluntate he-